

- [16. V. 47] Lauri. Hec arbor consecrata est Apollini et habet hoc singulare, quod dormientes, si frondes eius capiti substratas habeant, sepe vera de futuris somniant⁵. Ideo de ea^l facit mentionem Calliope.
- 60 [17. V. 48] Cortina. Hoc erat velum in templo Apollinis, post quod responsa dabantur per sacerdotem de futuris.
- [18. V. 51–106] Tum genitor, scilicet dixit. Et hec est tertia pars, in qua Apollo respondet^m Calliope.
- [19. V. 53] Pauca Deus, scilicet Iupiter per antonomasiam, quia, licet
- 65 Apollo^m deus apud veteres esset, Iupiter tamen primus erat et ei obediabant ceteri iuxta veterum stultitiam, qui verum deum ignorabant.
- [20. V. 54–73] Hic modo quem laudas. Hic, scilicet Fridericus. Pōnit in hoc loco Apollo, quomodo Fridericus, dum esset valde iuvenis, ivit Iherosolimam, ut videret sacrophagum, id est sepulchrum, Christi,
- 70 qui verus est deus, et dicit Apollo eo tempore se fuisse in quadam insula, que vocatur Giaros, iuxta quam transeunt euntes in Terram Sanctam, et vidisse Fridericum transeuntem ac notasse mores suos, quos hic describit.
- [21. V. 59] Micone celsa Deloque revinxi. Giaros, Delos et Micon tres erant insule propinque valde instabiles propter terremotus. Eas
- 75 Apollo stabiles fecit et coniunxit insimul iuxta fabulas poetarum⁶. In illis dicit se Apollo fuisse, quando Fridericus transiitⁿ.
- [22. V. 62] Nothos, id est ventos.
- [23. V. 63] Eoas, id est orientales.
- 80 [24. V. 69] Bacho, id est vino.
- [25. V. 69] Ceres. Dea bladi et pulmentariorum inventrix. Unde notat Apollo, quod Fridericus non peccat in gula circa potum^o vel circa cibum, sed in utroque sobrius est. Et equiparat eum Scipioni Africano maiori, Fabricio et Catoni, qui tres et iustissimi et valde sobrii fuerunt.
- 85 [26. V. 71] Eacidis Pirrhi^p. Pirrhus rex Epiri fuit de genere Pirrhi filii Achillis, qui fuit nepos Eaci viri iustissimi. Hic venit contra Romanos multasque victorias habuit. Tandem vero a Fabricio victus est.
- [27. V. 75] Leones, id est Venetos, quia leonem habent in armis.

l) eo *M*. m–m) durch Zeilensprung ausgelassen *N*. n) transit *KMN*.
o) mit diesem Wort bricht *N* ab. p) verbessert aus Pirrhi *K*.

⁵ Zu Wahrträumen, die sich beim Schlafen auf Lorbeer einstellen, vgl. Fulgentius, *Mitologiae* 1,14 (wie Anm. 3) S. 24, und *Mythographus Vaticanus* II 33 (wie Anm. 3) S. 121.

⁶ Erdbeben als Ursache von Apollos Eingreifen erwähnt *Mythographus Vaticanus* II 27 (wie Anm. 3) S. 115.